



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Ioannis|| Climaci Ab-||batis Montis|| Synai,|| Scala Paradisi**

**Johannes <Climacus>**

**Coloniae, 1583**

**VD16 J 520**

Relatio Abbatis Palladij de se ne homicida, qui adolescentem falso de eodem crimine accusabat. Capvt. LXXII.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55433)

in cella tua, & gratias age Sai. nostro Iesu Christo  
Ex quo enim ille homo factus est, & pro nobis  
peccatorib. mortuus est, homo nō iam moritur.

*1. Eccellam, & opus habeo: Ergo antiqui monachi non  
erant gyronagi, & operabantur manibus.*

*Relatio Abbatis Palladij de se ne homicida, qui a  
adolescens falso de eodem crimine accusabat.*

## CAP V T. LXXII.

THoc item narrauit nobis ipse Abbas Palla-  
dius dicens: Senex quidam, qui homicidium  
fecerat, detentus est a magistratu in Alexan-  
dria. Qui cum cruciaretur, dicebat, & alium fuis-  
se secum cædis illius socium. Is autem, de quo se-  
nex dicebat, adolescens erat viginti ferme anno-  
rum. Multis ergo supplicijs ambo affecti sunt. Et  
senex quidem dicebat: Mecum fuisti, quando  
perpetraui homicidium. Adolescens vero dene-  
gabat, nihil se consciū esse homicidij, neq; cū illo  
se fuisse asserēs. Cū ergo cruciati fuissent, senten-  
tiam ambo acceperunt, vt furcis suspenderentur.  
Abierunt ergo quinto extra urbē milliario, illic  
enī huiusmodi reos punire consueuerāt. Distabat  
aut ab eo loco ferè vno stadio Saturni templū e-  
uersum. Cum igitur ad locū venissent, & popul<sup>o</sup>,  
& milites, adolescentem primò suspendere in lig-  
no voluerunt. Adolescens autem prost. atus in so-  
lo milites orabat dicēs: Per dominam facite cha-  
ritatem, & ad Orientē me suspendite, vt illum vi-  
deā, quando suspensus ero. Dicunt ei milites: Quā  
ob causam? Quibus adolescens: Verè, domini, mei  
non habeo infelix ego plusquā septem menses, ex  
quo sanctū baptisma suscepti, & Christianus fact<sup>us</sup>  
sum. Cū hoc audissent milites lachrimati sunt su-  
per adolescente. Senex autem, cū hoc audisset,  
fremēs grauiter dixit militib. Serapī facite, vt ego  
aspici-

aspiciam contra Saturnum. Cùm verò audissent blasphemiam senis, omisso adolescente, senem primo suspendunt. Cùm vero illum in ligno suspenderēt, Ecce equus ab Augustali celeriter missus, ait militibus: Adolescentem nolite interficere, sed reducite illum. Factum est autem ingens gaudium militibus, & cunctis assistentibus. Et reducentes eum, introduxerunt in praetorium. Absoluitq; illum Augustalis. Adolescentis verò praeter spem saluus factus, abiens monachus effectus est. Hoc autem ad nostram, & legentium utilitatem scripsimus, ut sciamus, quia novit Dominus pios à tentatione liberare.

*Vita Ioannis militis Alexandrini.*

C A P V T. LXXIII.

**H**OC etiam nobis idem Abbas Palladius narrauit dicens: Erat in Alexandria miles quidam, Ioannes nomine, hunc habitum ordinem vitę. Diebus singulis à mane usque in horam nonā sedebat in monasterio solus iuxta gradus sancti Petri, cilicio indutus, & sportellas texens, tacens omnino, & nulli quicquam loquens. Sedebat autem laborans manibus suis, atque hoc solum canebat dulciter: Domine, ab oculis meis munda me, ut non confundar, orans. Hinc versus cùm dixisset, vna fermè hora tacebat, & rursus eundem resumebat versus, ipsumque septies per totam diem repetebat, nihil omnino aliud dicens. Hora autem nona exuebat cilicium, induebatque militarem habitum, id est indumenta sua, atque ita ad propria signa properabat. Cum hoc & ego annos octo mansi, multumq; edificatus sum in silentio suo.

*Eiusdem*